



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Militia Sacra || Dvcvm Et Principvm || Brabantiae,||

Molanus, Johannes

Antverpiae, [1592]

De sacris victorijs Henrici primi Ducis Lotharingiae, qui cognominatur
Bellicosus. Cap. LIX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38114

sidem rediens, cùm in via obiisse eum intellexisset, Ierosolymam regressus est, & sub Almerico Rege in obsidione Damiatæ, quæ veteres Heliopolim dixerunt, cum multorū luctu cecidit. Claruerat enim variis stratagematisbus militaribus per annos circiter xxi.

De sacrī victorijs H E N R I C I primi Duci Lotharingie, qui cognominatur Bellicosus,

C A P . L I X ,

I V . Dux
Lotharingie
& Braban-
tiae.

I.

T R I B U S Godefridis, patri, auo, & proauo, successit Henricus primus, multis præclarè gestis nobilis.

Cùm enim Simon & Albertus electi Episcopi Leodienses se mutuò armis oppugnarent, Henricus coëgit vtrumque Romanum ire. Vbi Pontifex Simonem fecit Cardinalem, & Albertum ad Episcopatū remisit. De quo vide Chronicon Leodiense capite LXVII.

Deinde cōstat eum anno xiiii. perrexisse versus Ierusalem cum multis alijs. Cum Metensis urbis Archiepiscopo, ait Barlandus, Ierosolymam proficiscens, Christianorum aduersus Turcas Princeps declaratur. Huius itaque ductu Baruth ciuitas opulentissima vi capta est, Turcis inde fugatis. Meerus ad annum cccx, c. xcvi i. Latinè Berytum vocat, vbi ait, Berytum Ioppenque urbes recuperauerunt.

Addit Barlandus, Nec multo pōst, hoc etiam iuuante, Constantinopolis expugnat, tur,

tur. Quibus ita benè gestis, magnam consecutus celebritatem nominis, redijt in Brabantiam.

Præterea cùm Innocentius III. anno CIC. CC. XV. Synhodum cxxx. Episcoporum Romæ in ecclesia Lateranensi celebrasset, recuperandæ Ierosolymæ gratia; Henricus Dux Brabantæ, cum aliis compluribus, prædicante Crucem Ioanne Scholastico Xan- nsi, eam suscepit. Testis Trithemius in ironico Hirsaugiæ.

Eodem anno, quod eodem loco apud eundem est legere, Theodoricus Archiepiscopus Treuirensis, cooperante Henrico Duce Brabantæ, ciues Colonenses ad pacem & subictionem Frederici Regis iuxta mandatum Apostolicum reduxit, postquam per annum & menses quinque excommunicationi & interdicto subiacuissent.

Postremam victoriam contra Stadingos habuit per Principem filium, qui anno proximo patri vita functo in Ducatu successit. Qua de re sunt verba codicis Parcensis: Anno Domini CIC. CC. XXXIV. Henricus, maior filius H. Ducis Lotharingiæ, fecit victoriam contra hæreticos de Stedingen, qui omnes consumti sunt in ore gladij V. Kalend. Iunij, suffragante gratia Iesu Christi.

IV.

V.

VI.

G 2 De